



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 20. Quæ in Concilio ad Quercum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](#)

Isti ad S. Chrysostomum: *Concilium te Sæculum V. vocat, ut venias, & causam dicas. S. Chrysostomus per alios Episcopos responderi jussit: quis vobis judicii modus? inimicos meos non expellitis, & me per meos Clericos citatis.* Mox in hos Episcopos Theophili clientes manus injiciunt, unum verberant, alterius vestem lacerant, tertium stringunt vinculis, ad S. Chrysostomum capiendum præparatis, & scaphæ impositum, abvehi jubent, omnibus, quo deferretur, ignaris.

A. C. 401.

§. XX.

Quæ in Concilio ad Quercum acta sunt.

Hoc modo S. Joannes Chrysostomus *Phod. cod.* quater citatus nihil aliud respondit. *59.* Nihilominus Episcopi ad Quercum congregati in ipsius causa ulterius progressi sunt. Cum aliquot Articulos ex illis vinti novem, quos Joannes Archidiacus proposuerat, examinassent, Isaac Episcopus tradidit alium libellum, articulos octodecim, sed ferme eosdem continentem. His subjunxit, se ipsum a S. Joanne sæpe crudeliter habitum. S. Epiphanium noluisse cum ipso communicare propter Origenistas, nempe, Ammonium, Euthymium, Eusebium, Heraclidem, & Palladium. Nulla de Dioscoro mentio, qui Magnorum Fratrum quartus erat,

c. 18.

2.

Sæculum V. erat, quod tunc jam obiisset. Præterea
A. C. 401. Isaac S. Chrysostomum accusabat: Epis-

copos contumeliis afficit, & domo su-
12. expelli jubet. Aliorum jura lædere non
11. veretur, & in eorum Provinciis Episcopo
15. ordinat. Dumque ordinat, Clericos non
convocat, nec eorum consilium exquirit.
Ordinavit Episcopos mancipia aliena
17. non manumissa, & criminis accusati-
10. Gentiles recepit, qui multa mala Chri-
stianis intulerunt, hos in Ecclesia retinet,
9. & tuetur. Populum in ipsum Concilium
14. ad Seditionem accedit. Quædam Do-
posita vi abstulit. Dicit, ad mensam Ec-
4. clesiæ omnia esse Furiis plena. Ja-
5. stultesco! cogatur explicare, quæ sint
6. Furiæ, quis amor, quæ stultitia? nam
nefecit Ecclesia has voces. Talia in bo-
no (*) zelo dicebat, quæ ipsi vertebarant
crimini. Rursus ab Isaaco accusabatur,
7. quod nimiam fiduciam peccatoribus in-
spiraret, dicens: si iterum peccas, iterum
pœnitentiam age. Veni ad me, sanabo
Socr. VI. te. Illud ipsum est, quod refert Histo-
6. 12. riae

(*) Hæc verba Protestans ita reddidit: Es waren dieses ohne Zweifel einige Ausdrücke die Chrysostomus im Affect gebraucht hatte. & non exprimit, quo affectu, bono, vel malo. Itaque hic sicut & alias sæpiissime Fleurium pessime interpretatur.

riæ Scriptor Socrates, S. Chrysostomum Sæculum V.
ausum fuisse dicere: *si millies pœniteat,* A.C. 401.
millies ad me redi. Et subjungit, ipsum
ab amicis suis, nominatim a Sisinnio Epis-
copo Novatianorum, ideo fuisse repre-
hensum. Sed non appareat, S. Chryso-
stomum loqui de Pœnitentia publica, quæ
secundum Canones unica vice concede-
batur. (*) Tandem Isaac contra S. Jo-
annem afferebat, quod in Ecclesia pro-
ferret hanc Blasphemiam; JESU Christi
orationem non fuisse exauditam, quod
non, ut debuisset, oraverit.

S. Chrysostomus in suis Epistolis aliam
quoque insimulationem cuiusdam delicti
memorat, quod verbis expressis negat.
Multa in me, inquit, *commenti sunt.* Ep. 143. ad Cyriac.
Dicunt, me aliquibus Communionem de-
disse, postquam comedebant. Si hoc fe-
ci, deleatur Nomen meum ex Episcopo-
rum Serie, & in libro Fidei Orthodoxæ
non scribatur! Quod ad illam calumniam
spectat, quod populum ad Seditionem,
præcipue contra Concilium ad Quercum,
commoveret, hoc dicendi occasionem de-
derint illi sermones, quos interim S. Jo-
annes

(*) Ex his probatur Confessionis auricularis
usus. Nam hæc de publica peccatorum Confes-
sione accipi non possunt, & S. Chrysostomus ni-
hil confitentes utique sanare non potuit.

Sæculum V. annes Constantinopoli pro concione d.
A.C. 401. cebat. Superest nobis aliquis, cuius
To. 8. p. 259. istud est exordium: *Procellam terribi-*
Gr. tom. 7. lem! at *submergi non timemus, quia fu-*
p. 941. *dati sumus supra Petram.* Nam edicite!
Philip. 1. 21. *quid nobis timendum? mori? at mibi vi-*
ta Christus est, & Mors lucrum. Ex-
lillum? Domini est terra, & omnia qua-
1. Tim. 6. 7. in ea sunt. *Factura bonorum? nihil in-*
tulimus in hunc Mundum; haud dubium,
quod nec afferre quid possumus. Tum
demonstrat, Ecclesiam esse invincibilem.
Nihil esse, quod se possit separare a po-
puli sui amore, quem, quocunque depo-
taretur, secum esset circumlaturus. De-
nique populi in se affectum laudat.

Deinde ad alias calumnias, quibus
p. 261. impetebatur, transit, & ait: *dicunt de-*
me: manducasti, & deinde baptizasti. Si
S. Chryso-
stomus.
Act. 16. 33. *hoc feci Anathema sim!* verumtamen
subjungit, etiam S. Paulus damnandus es-
set, qui Ergastularium post Cænam bapti-
zavit; & dicam vero? ino dicam, dam-
nent etiam JESUM Christum, qui post Ca-
nam Discipulis suis Communionem porve-
xit. Eadem hæc est Calumnia de qua in
Epistola ad Cyriacum, & ideo sic loqui-
tur, quod tunc Evcharistia post collatio-
nem Baptismi non differretur. Subjun-
git: *scitis, Charissimi Fratres mei, cur me*
velint deponere. Nempe non sunt in atriis
meis peristromata, holosericis non induor,
non

non mensam præparo parasitis. Nam pro-Sæculum V.
cujus Aspidis dominatur. Supereft Jeza- A C. 401.
rribi- bel posteritas, (*) & aduersus Eliam pug-
a fun- nat. Postea S. Joannis Baptiste exem-
dilicite! plum assert, Martyrium, & Gloriam, ad-
ibi vi- ditque: saltat etiamnum Herodias, &
Ex- Joannis Capiti insidiatur. Tempora la-
a qua- cymarum vivimus, omnia sequuntur in-
bil in- famiam. Ubi deinde venit ad Psalmum, Psalm. 61.
ibium, in quo monemur, ne in Divitiis confida- II.
Tum oblem- imus, Davidis exemplum proponit, & di-
a po- cit, hunc Regem non sustinuisse ab uxo-
depor- re sua regi. Mulieres hortatur, ne ma-
. De- tritis mala consilia suggerant. Hæc ora- Pall. p. 74.
quibus tio in læsa Majestatis crimen versa. Cre-
unt le- ditum, quod S. Joannes per Jezabel, &
ti. Si Herodiadem, Imperatricem voluisset in-
tamen dicare, & allusisset ad ejus Nomen: Eu-
dus es- doxia, cum diceret; omnia sequi Infa-
bapti- miam, eis adoxian. Tandem quod, me- Philost. t. 6.
dam- se Ca- morando Davidis sapientiam, sprevisset
porre- infirmitatem Arcadii, qui ab uxore regi
qua in se patetur. Forte etiam per proge-
equi- niem Aspidis notabat Imperatricem, Fi-
latio- liam Bantonis ex Gente Francorum, qui
bjun- anno 385. Consulatum gessit; nam Pa-
ur me- tris ferociam referebat.

R. 2

§. XXI.

(*) Hic dicit Fleurius: La Grace combat en-
core contre Elie. Sed hoc non videtur habere
ensum.